

δακτυλικὸν πεντάμετρον / dactylic pentameter

1. [VICTORIN.] GL VI 209. 5 sqq. = AVDAX GL VII 336. 23 sqq. quae sunt ergo quinque genera versuum in dactylico metro? hexameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter. 'hexameter' dicitur an 'hexametrus'? utrumque, ut 'Euander' et 'Euandrus', quorum unum venit ex graeca enuntiatione, alterum ex latina, quippe Cornelius Epicadus (fr. 2 [GRF 104] Funaioli) in eo libro, quem de metris scripsit, 'hexameter' inquit 'versus.' contra quem item Caesius Bassus (fr. 1 [GRF 127] Mazzarino), vir doctus atque eruditus, in libro de metris 'iambicus trimetrus' ait. nostra quoque memoria Lactantius de metris 'pentameter' inquit et 'tetrameter'.

– ∞ – ∞ – ∞ – ∞ – ∞ ||

2. ARIST. QVINT. *de mus.* I 24 (p. 47. 26 sqq. Winnington-Ingram) τοῦ δὲ γενικοῦ δακτυλικοῦ πεποίηκασιν οἱ μὲν ταῦτα εἶδη· δίμετρον τρίμετρον τετράμετρον πεντάμετρον· βαίνουσι δὲ τινες αὐτὸ καὶ κατὰ συζυγίαν ποιοῦντες τετράμετρα καταληκτικά· τινὲς δὲ κὰν ταῖς πρώταις χώραις μόναις ἀμείβοντες τὸν δάκτυλον καὶ τοὺς ἀνισοχρόνους αὐτῶ τῶν δισυλλάβων τιθέντες ποιοῦσι τὰ καλούμενα λογαοιδικά.

IOANN. SICEL. in Hermog. *de id.* I 3 (RhG VI, p. 166. 29 sqq. Walz) τροχαικὸν τετράμετρον καταληκτικὸν πῶς μὲν οὖν συνίσταται τὸ τροχαικὸν καὶ διὰ τίνα ποδῶν διήλθομεν· τί δὲ ἐστὶ λοιπὸν τετράμετρον καὶ τί καταληκτικόν, λέγωμεν ἀκριβέστερον νῦν· οἱ μετρικοί. τουτέστιν οἱ λυρικοί καὶ οἱ ἄλλοι ποιητικοί, μέτρα λέγουσι τὰς συζυγίας τῶν ποδῶν, καὶ εἰ μὲν ἐστὶ δισύλλαβος ὁ πούς, ὁ τὸ μέτρον συνιστὰς, δύο πόδες ποιοῦσι τὴν συζυγίαν, ὡς ἐπὶ τε τοῦ iamβικοῦ καὶ τροχαικοῦ· εἰ γὰρ καὶ τρισυλλάβους ἔχουσι πόδας, ἀλλ' ὡς δισύλλαβοι οὗτοι μετροῦνται ἐπὶ τούτων καὶ ἐπὶ τῶν δύο ἰωνικῶν, τοῦ ἀπὸ τοῦ μείζονος λέγω καὶ τοῦ ἐλάττονος, εἰ δ' εἴη τρισύλλαβος ὁ ἀπαρτίζων τὸ μέτρον πούς, εἷς ἐστὶν ὁ ἀποτελῶν τὴν συζυγίαν, ὡς ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν· οὕτως οὖν καὶ ἡ τετράμετρος, ὅθεν καὶ τὰ μέτρα ταύταις ταῖς συζυγίαις παρονομαζόνται· τρίμετρον μὲν τὸ iamβικόν, ὡς ἔχον τρεῖς μὲν συζυγίας, δώδεκα δὲ πόδας τὸ τέλειον καὶ ἀκατάληκτον· τετράμετρον δὲ τὸ τροχαικόν· ἑξάμετρον δὲ τὸ ἐπικόν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων παραπλησίως· ἡ γὰρ τελευταία τοῦ σπονδείου εἰς δύο βραχείας διαιρουμένη δάκτυλον ποιεῖ ἐπὶ τούτων· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀναπαιστού τοῦ ἐναντίου ἢ πρώτου καὶ διὰ τοῦτο λέγονται τὰ μέτρα, μονόμετρα μὲν τὰ ἐκ μιᾶς συζυγίας, δίμετρα δὲ τὰ ἐκ δύο, καὶ τρίμετρα μέχρι τῶν ἑξαμέτρων· ἐπέκεινα γὰρ οὐ πρόεισιν ἢ ἀπότασις, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Διόδωρος, καὶ τὰ παραδείγματα σαφῶς ἐμφαίνουσιν ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ ἐπικοῦ μονόμετρον μὲν οὐκ ἔχει, διάμετρον δέ· ([Hom.] *Il.* I 1)

μῆνιν ἄειδε θεά·

πεντάμετρον δέ·

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἄχι.

ἑξάμετρον δὲ προστεθέντος τοῦ 'λήος' ποδός, ὅς οὐ σώζων δάκτυλον καταληπτικός λέγεται.



SCHOL. ALD. in Aristoph. *nub.* 563a (p. 271. 18 Koster) τὸ ὄγδοον (12) δακτυλικὸν πεντάμετρον.

SCHOL. REC. in Aristoph. *nub.* 563d. 12 sq. (p. 90 Koster) Τρ² τὸ ἡ' ὄμοιον τετράμετρον ὑπερκατάληκτον· εἰ δὲ βούλει, δακτυλικὸν πεντάμετρον.

SCHOL. VET. in Aristoph. *ran.* 814-829 (p. 107 Chantry) οὗτοι οἱ στίχοι μετροῦνται κατὰ δύο ἐξαμέτρους δακτυλικούς καὶ ἓνα δακτυλικὸν πεντάμετρον, καὶ ἓνα τροχαικὸν δίμετρον καταληκτικὸν E(Ald).

SCHOL. VET. in Theocr. *Anth. Pal.* XV 21 arg. a (p. 336. 3 sqq. Wendel) ἡ Θεοκρίτου Σύριγξ τὴν ἐπιγραφὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει. συνέστηκεν δὲ ἀπὸ δακτυλικῶν μέτρων· καὶ εἰσιν οἱ μὲν δύο πρῶτοι στίχοι ἐξάμετροι, οἱ δὲ ἐξῆς δύο πεντάμετροι, εἴτα ἀπὸ πέντε ποδῶν ἑνός. ἐπεὶ οὖν καθ' ἕκαστον στίχον ἀφαιρουμένου ποδὸς συμβέβηκεν τὸν δεῦτερον μικρότερον εἶναι τοῦ πρώτου καὶ λήγειν κατ' ὀλίγον εἰς βραχύ, διὰ τοῦτο κέκληται Σύριγξ.

SCHOL. B in Herphaest. 272. 2 sqq. περὶ δακτυλικοῦ. τὸ τοίνυν δακτυλικὸν βαίνεται μὲν κατὰ μονοποδίαν, αὐξεται δὲ μέχρι ποδῶν ἕξ. ἔχει δὲ διαφορὰς τρεῖς· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐστὶ κοινὸν δακτυλικόν, τὸ δὲ αἰολικόν, τὸ δὲ λογαοιδικόν. τὸ μὲν οὖν κοινὸν κατὰ πάσας τὰς χώρας δέχεται ἀδιαφόρως δάκτυλον καὶ σπονδεῖον. ὑφίσταται δὲ κατὰ ἀφαίρεσιν <τε καὶ πρόσθεσιν> δίμετρά τε καὶ τρίμετρα καὶ ἔτι τετράμετρα καὶ πεντάμετρα καὶ ἐξάμετρα. μονόμετρα γὰρ οὐκ ἔχει τὸ δακτυλικὸν τῷ μὴ βαίνεσθαι κατὰ διποδίαν· συνέμπτωσιν γὰρ ἐποίει ἂν τῶν τοιούτων μέτρων πρὸς τε τὰ ἰαμβικὰ καὶ τροχαικὰ.

SACERD. GL VI 502. 6 sqq. dactylicum metrum omnibus et simplicius et antiquius est, quod dividitur in species XVII ... pentametras quattuor, acatalectam pentametram integram, dipenthemimericam archilochiam dactylicam, sapphicam, simmiam.

SACERD. GL VI 510. 23 sq. nunc quoniam hexametras species quattuor metri dactylici tractavimus (p. 502. 15 sqq.), consequens est ut, sicut ordinavimus (p. 502. 6 sqq.), de pentametris doceamus.

SACERD. GL VI 512. 22 sqq. de pentametris dactylicis speciebus quattuor satis dictum (p. 510. 25 sqq.): nunc ad tetrametras species veniamus, quae sunt numero duae, sicut supra praemisi (p. 502. 10 sq.).

— ∞ — ∞ — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ||

3. HERACLID. PONT. fr. 65. 6 sqq. Wehrli apud Athen. XIII 78 (p. 602b) Με-
λάνιππος δ' ἦν τὰ παιδικὰ (scil. τοῦ Χαρίτωνος), ὡς φησὶν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς
ἐν τῷ περὶ ἐρωτικῶν. οὗτοι φανέντες ἐπιβουλεύοντες Φαλάριδι καὶ βασιανίζομε-
νοι ἀναγκαζόμενοι τε λέγειν τοὺς συνειδότας οὐ μόνον οὐ κατεῖπον, ἀλλὰ καὶ
τὸν Φάλαριν αὐτὸν εἰς ἔλεον τῶν βασάνων ἡγάγον, ὡς ἀπολύσαι αὐτοὺς πολλὰ
ἐπαινέσαντα. διὸ καὶ ὁ Ἀπόλλων ἠσθεὶς ἐπὶ τούτοις ἀναβολὴν τοῦ θανάτου τῷ
Φαλάριδι ἐχαρίσατο, τοῦτο ἐμφήνας τοῖς πνυθανομένοις τῆς Πυθίας ὅπως αὐτῷ
ἐπιθῶνται. ἔχρησεν δὲ καὶ περὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Χαρίτωνα, προτάξας τοῦ ἐξαμέτρου
τὸ πεντάμετρον, καθάπερ ὕστερον καὶ Διονύσιος ὁ Ἀθηναῖος ἐποίησε ὁ ἐπικλη-
θεὶς Χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις, ἐστὶν δὲ ὁ χρησμός ὁδε· (IEG II, p. 58 West)



εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφω,
θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίους φιλότατος.

HERMESIAN. fr. 7. 35 sq. (CA 99) Powell
Μίμνερμος δὲ τὸν ἠδὺν ὃς εὐρέτο πολλὸν ἀνατλάς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνευμῖ ἀπὸ πενταμέτρου.

CALLIM. fr. 203. 31 sqq. Pfeiffer
σὺ πεντάμετρα συντίθει, σὺ δ' ἠ[ρῶ]ν,
σὺ δὲ τραγωδε[ίν] ἐκ θεῶν ἐκκληρώσω;
δοκέω μὲν οὐδεῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ δ..κεψαι

CALLIM. fr. 203. 43 sqq. Pfeiffer
]οῦχι μόνον εἴ.[
ο]υς τραγωδούς ἀλλὰ κα[.....].ν
π]εντάμετρον οὐχ ἄπαξ.[έ]κρουσε

HERHAEST. 63. 4 sqq. σύστημα δὲ ἐστὶ μέτρων συναγωγῆ, ἦτοι δύο ἢ πλειό-
νων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων ἀνομοίων μὲν, ὡς τὰ ἐλεγεία [ἐξαμέτρου γάρ ἐστὶ
πρὸς πεντάμετρον κοινωνία] καὶ οἱ ἐπῳδοί· τὸ δὲ ἐξ ὁμοίων, ὡς τὸ δεῦτερον
Σαπφούς, ὡς προιόντες δεῖξομεν (p. 65. 12 sqq.).

THEODOS. *de gramm.* p. 58. 8 sqq. Göttling διαφέρει δὲ ἐλεγείον ἐλεγείας·
ὅτι τὸ μὲν ἐλεγείον εἰς ἐστὶ στίχος πεντάμετρος· ἐλεγεία δὲ ἐστὶ τὸ ὅλον ποίημα
ἔχον ἀμοιβαῖον τὸ μέτρον, καὶ πεντάμετρον καὶ ἐξάμετρον.

ORION *etym.* ε, p. 58. 7 sqq. Sturz ἔλεγχος, ὁ θρήνος. διὰ τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ
θρήνου εὐ λέγειν τοὺς κατοικοῦμένους. εὐρετῆ<ν> δὲ τοῦ ἐλεγείου οἱ μὲν τὸν
Ἀρχίλοχον, οἱ δὲ Μίμνερμον, οἱ δὲ Καλλῖνον παλαιότερον. ὅθεν πεντάμετρον
τῷ ἠρωικῷ συνῆπτον· οὐχ ὁμοδραμοῦντα τῇ τοῦ προτέρου δυνάμει· ἀλλ' οἷον
συνεκπνέοντα, καὶ συσβεννύμενον ταῖς τοῦ τελευτήσαντος τύχαις. οἱ δὲ ὕστε-
ρον πρὸς ἅπαντας διαφόρως. οὕτω Δίδυμος ἐν τῷ Περί ποιητῶν (fr. 1, p. 387
sq. Schmidt).

PHOT. *bibl.* 239. 319b. 6 sqq. (V, p. 157 sq. Henry) τὴν δὲ ἐλεγείαν συγκεί-
σθαι μὲν ἐξ ἠρώου καὶ πενταμέτρου στίχου (*scil.* λέγει ὁ Πρόκλος ἐν ταῖς χρη-
στομαθείας γραμματικῆς ἐκλογαῖς), ἀρμόζειν δὲ τοῖς κατοικοῦμένοις. ὅθεν καὶ
τοῦ ὀνόματος ἔτυχε· τὸ γὰρ θρήνος ἔλεγον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τοὺς τετε-
λευτηκότας δι' αὐτοῦ εὐλόγουν. οἱ μέντοι γε μεταγενέστεροὶ ἐλεγεία πρὸς δια-
φόρους ὑποθέσεις ἀπεχρήσαντο. λέγει δὲ καὶ ἀριστεύσαι τῷ μέτρῳ Καλλῖνον
τε τὸν Ἐφέσιον καὶ Μίμνερμον τὸν Κολοφώνιον, ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ Τηλέφου
Φιλίταν τὸν Κῶνον καὶ Καλλίμαχον τὸν Βάττου (test. 87 Pfeiffer)· Κυρηναῖος
οὗτος δ' ἦν.

TZETZ. *de metr. Pind.* 13. 27 sqq.
συστηματικά τε μάνθανε τὰ ἠρωελεγεία.
πρὸς γὰρ ἐξάμετρον φημὶ ἠρωικὸν τὸν στίχον
τὸ ἐλεγείον πάρεστιν ἐν πενταμέτρῳ στίχῳ.
γίνωσκε δὲ πεντάμετρον τὸν ἐλεγείον στίχον
ἐκ δύο πενθημιμερῶν τὸν ὅλον συνεστῶτα.
τῶν πέντε δὲ τὸ ἡμισυ δύο καὶ ἡμισύ τι,

δύο δὲ δυοκαιημίσεια ἐστὶ τὰ πέντε,
ὅθεν ἐστὶ πεντάμετρον τὸ ὅλον ἐλεγείον.

ΕΤΥΜ. GVD. ε, p. 451. 14 sqq. De Stefani) [[Ἐλεγεία· τὸ μέτρον]]· καὶ ἀρσενικῶς ἔλεγχος, ἢ ὅτι ἐπιλέγεται τῷ ἑξαμέτρῳ τὸ πεντάμετρον ἢ παρὰ τὸν ἔλ[[εον]] καὶ τὸν [[γόνον]]. οἱ δὲ [[παρὰ τὸ λέγεσθαι ἐπὶ τῶν]] θανόντων· εἰς ἐπικηδεῖα γὰρ ἐγράφοντο· Δημόλεων δὲ ἐν τῷ Περὶ μέτρων παρὰ τὸ εὖ [[λέγειν τοὺς τε]]θνεώτας [[ἢ παρὰ τὸν ἔλεγον, τὸν θρήνον· Δίδυμ]]μ[[ος (fr. 1, p. 387 sq. Schmidt) δὲ ὅτι διὰ τ]]οῦ[[το τῷ]] ἢ[[πρῶ αὐτῷ ἐπῆδον ὡς πεντάμετρον λεγόμενον τῷ ἥρωϊ μιμούμενοι τὴν]] τ[[ῶν ἀπο]]θ[[ν]]ησκόντων ἀπόπαυσιν· ἐπὶ γὰρ μόνοις νεκροῖς πάλαι ἦδετ[[ο]].

ΕΤΥΜ. GVD. ε, p. 452. 13 sqq. De Stefani ἔλεγχος· ὁ θρήνος, διὰ τὸ δι' αὐτοῦ τοῦ θρήνου εὖ λέγειν τοὺς κατοικομέ[[νους]]. εὐρετὴν δὲ τῆς ἐλεγείας οἱ μὲν τὸν [[Ἀρχίλοχον, οἱ δὲ Μίμνερμον, οἱ δὲ Καλλίνον παλαιότερον. καὶ πεντάμετρον τῷ ἥρωϊκῷ συνῆπτον οὐχ ὁμόδρομον τῆ τοῦ προτέρου δυνάμει, ἀλλ' οἶον]] συ[[νεκπνέοντα καὶ συναποσβεννύμενον ταῖς τοῦ τελευτήσαντος <τύχαις>]].

ΕΤΥΜ. MAGN. 326. 53 sqq. ἐλεγεία· τὸ μέτρον· καὶ ἀρσενικῶς, ἔλεγχος ἢ ὅτι ἐπιλέγεται τῷ ἑξαμέτρῳ τὸ πεντάμετρον ἢ παρὰ τὸν ἔλεον καὶ τὸν γόνον ἢ παρὰ τὸ λέγεσθαι ἐπὶ τῶν θανόντων· εἰς ἐπικηδεῖαν γὰρ ἐλέγετο. ἢ παρὰ τὸ ἔ ἔ λέγειν τοὺς τεθνεώτας ἢ παρὰ τὸν ἔλεγον, τὸν θρήνον. Δίδυμος δέ (fr. 1, p. 387 sq. Schimdt), ὅτι διὰ τοῦτο τῷ ἥρωϊ ἐπῆδον ὡς πεντάμετρον καὶ λειπόμενον τοῦ ἥρωϊ, μιμούμενοι τὴν τῶν ἀποθνησκόντων ἀπόπαυσιν· ἐπὶ γὰρ μόνοις νεκροῖς πάλαι ἦδετο πρὸς παραίνεσιν καὶ παραμυθίαν τῶν συγγενῶν καὶ φίλων τοῦ τεθνεώτος.

ΕΤΥΜ. MAGN. 327. 49 sqq. τὴν δὲ ἐλεγείαν (*scil.* λέγει ὁ Πρόκλος ἐν ταῖς χρηστομαθείας γραμματικῆς ἐκλογαῖς) συγκεῖσθαι μὲν ἐξ ἥρωϊ καὶ πενταμέτρον στίχου· ἀρμόζειν δὲ τοῖς κατοικομένοις· καὶ εὐλογεῖσθαι μὲν ὑπ' αὐτοῦ τούτου· οἱ μέντοι μεταγενέστεροι ἐπὶ διαφοροῖς ὑποθέσεσιν αὐτῷ ἀπεχρήσαντο.

SVDA π 248 (IV, p. 25. 1 sqq. Adler) ἔγραψε δὲ (*scil.* ὁ Πανύαξις ὁ Ἀλικαρνασεύς) καὶ Ἡρακλείαδα ἐν βιβλίῳ ιδ', εἰς ἔπη ,θ', ἰωνικὰ ἐν πενταμέτρῳ, ἔστι δὲ τὰ περὶ Κόδρον καὶ Νηλέα καὶ τὰς Ἰωνικὰς ἀποικίας, εἰς ἔπη ,ζ'.

ANON. HARL. 17. 13 sqq. ὑπὸ τοῦτο δὲ (*scil.* τὸ δακτυλικόν) καὶ τὸ ἐλεγείον ἢ ἐλεγειακόν ἐστιν. ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ τὰς γυναικῆς λιγυρὰ τῆ φωνῆ κλαίειν. ἐχρῶντο γὰρ ἐν τοῖς τάφοις τούτῳ τῷ μέτρῳ. ἢ ὅτι ἔλεγχος μὲν ὁ θρήνος λέγεται διὰ τὸ 'ε' ἔ λέγειν· ἐν θρήνοις δὲ καὶ τάφοις ἐχρῶντο τῷ μέτρῳ τούτῳ. τοῦτο δὲ διπλοῦν ἐστὶ. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ πεντάμετρόν ἐστι. πέντε γὰρ δέχεται χώρας· τὰς μὲν τρεῖς, ἡγουν πρώτην, δευτέραν καὶ τρίτην, συγκείμενας ἕκ τε δακτύλου καὶ σπονδείου· ἐνίοτε δὲ δέχεται ἢ πρώτη καὶ δευτέρα μόνον καὶ ἀμφίμακρον ἢ παλιμβάκχειον, καθαρὸς μέντοι, ὥσπερ εἴρηται· ἢ δὲ τρίτη σπονδείου μόνον, ἢ δὲ τετάρτη ἀνάπαιστον, ἢ δὲ πέμπτη ἀνάπαιστον καὶ χορείον.

SCHOL. A in Herphaest. 166. 16 sq. ἑξαμέτρον πρὸς πεντάμετρον] τὸ ἑξάμετρον καὶ τὸ ἐλεγείον ἐκ τοῦ ποσοῦ ἔχουσι τὴν διαφορὰν.

SCHOL. B in Herphaest. 283. 27 sqq. περὶ τοῦ ἐλεγείου. τὸ δὲ ἐλεγείον μέτρον τινὲς μὲν πεντάμετρον αὐτὸ φασὶν εἶναι, συντιθέντες τὰς μὲν δύο χώρας αὐτοῦ,

τὴν πρώτην καὶ δευτέραν, ἀπὸ δακτύλου καὶ σπονδείου ἀδιαφόρως ἢ ἀμφιμάκρου καὶ παλιμβραχείου, καθαρῶν μέντοι καὶ ἐν τάξει δακτύλου κειμένων ὡς καὶ ἐν τῷ ἠρωικῷ εἴρηται, τὴν δὲ τρίτην ἐκ σπονδείου, τὴν δὲ τετάρτην ἐξ ἀναπαίστου, τὴν δὲ πέμπτην ἐξ ἀναπαίστου ἢ χορείου διὰ τὸ ἀδιάφορον τῆς τελευταίας συλλαβῆς.

SCHOL. VAT. in Dion. Thr. *art. gramm.* 2 (GG I 3, p. 173. 10 sqq. Hilgard) ἐπειδὴ δὲ οἱ τεθνηκότες ἔλλειψίν τινα ἔχουσιν, ἤγουν τοῦ ζῆν, τούτου χάριν καὶ τὰ ἐλεγεία, ὡς ἐπὶ τοῖς τεθνηκόσι λεγόμενα, ἐλλείπουσι πόδα πρὸς τὸν δακτυλικὸν στίχον. ἰστέον δὲ ὅτι ἐλεγείον ἐλεγείας διαφέρει· ἐλεγείον γάρ ἐστιν, ὅταν εἷς στίχος ὑπάρχη καὶ πεντάμετρος, ἐλεγεία δέ, ὅταν ὅλον τὸ ποίημα ἀμοιβαῖα ἔχη τὰ μέτρα, ἐξάμετρον καὶ πεντάμετρον.

SCHOL. MARC. in Dion. Thr. *art. gramm.* 2 (GG I 3, p. 307. 29 sqq. Hilgard) ἰστέον δὲ ὅτι ἐλεγείον καὶ ἐλεγεία διαφέρουσιν ἀλλήλων· ἐλεγείον γάρ ἐστιν, ὅταν εἷς στίχος ὑπάρχη καὶ πεντάμετρος, ἐλεγεία δέ, ὅταν ὅλον <τὸ> ποίημα ἀμοιβαῖα ἔχη τὰ μέτρα, ἐξάμετρα καὶ πεντάμετρα.

SCHOL. in *Anth. Pal.* XIII 1 Φιλίππου· πεντάμετρον (*scil.* δακτυλικόν) μόνον.

SCHOL. in *Anth. Pal.* XIII 13 ἀδέσποτον. ἐπὶ ἐξαμέτρῳ (*scil.* δακτυλικῷ) πεντάμετρον, εἶτα τρίμετρον (*scil.* ἰαμβικόν).

SCHOL. in *Anth. Pal.* XIII 14 Σιμωνίδου· ἐπὶ ἐξαμέτρῳ (*scil.* δακτυλικῷ) πεντάμετρον καὶ δύο τρίμετροι (*scil.* ἰαμβικοί) εἶτα ἐξάμετρον.

SCHOL. in *Anth. Pal.* XIII 15 ἀδέσποτον. ἐπὶ δύο ἐξάμετροις (*scil.* δακτυλικοῖς) πεντάμετρον.

SCHOL. in *Anth. Pal.* XIII 16 ἀδέσποτον. ἐπὶ τρισὶν ἐξάμετροις (*scil.* δακτυλικοῖς) πεντάμετρον.

CAES. BASS. GL VI 268. 14 sqq. fr. *6. 363 sqq. [GRF 145] Mazzarino sequitur comma: (Hor. *carm.* I 9. 1)

stet nive candidum;

ex hemistichio pentametri heroi delibata syllaba compositum est; reddita enim syllaba fit tale:

stet nive candidulum.

potest etiam videri pars metri illius extrema, quod est tale: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus,

de quo iam disputavimus (GL VI 259. 15 sqq. = fr. *6. 109 sqq. [GRF 137] Mazzarino), ut hoc ita cum illo iungatur:

Maecenas atavis stet nive candidum.

constat enim hoc comma ex choriambo, quem faciunt iuncti trochaeus et iam-bus, et iambo. ita facile convenit et cum choriambico metro, quod bacchion musici vocant, quale est:

Maecenas atavis edite regibus.

sed qui altius haec non perspexerunt grammatici, hoc putant metrum de cur-tato pentametro factum, ut reddita syllaba fiat [pentametrum] tale:

Maecenas atavis edite remigibus;

itemque versum illum: (Hor. *carm.* I 4. 1)

solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni,



non ex duobus metris compositum putant, ut, cum de Archilocho loquebar, ostendi, qui tetrametro heroo phallicum metrum iunxit (fr. 188-192 West), sed hexametrum maiorem syllaba vocant.

QVINT. *inst.* IX 4. 98 est enim quoddam ipsa divisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondio, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constat, versum non efficit.

QVINT. *inst.* IX 4. 109 qui non optime est sibi iunctus anapaestos, ut qui sit pentametri finis vel rhythmos qui nomen ab eo traxit: (Cic. *orat.* 219) ‘nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est’ (nam synaliphe facit ut duae ultimae syllabae pro una sonent), melior fiet praecedente spondio vel bacchio, ut si idem mutes ‘leve innocentiae praesidium est’.

[CENSORIN.] GL VI 616. 12 sqq. = p. 85. 10 sqq. Sallmann <heroicus, si partem priorem tantum sumo bis positam, in pentametrum> elegiacum transibit: (Lucan. I 1)

bella per Emathios <bella per Emathios>.

rursus a pentametro ut componam heroicos, sumo partem posteriorem: (Tib. I 1. 6)

dum meus assiduo luceat igne focus,

et compono:

luceat igne focus Troiae qui primus ab oris.

TER. MAVR. GL VI 376. 1721 sqq.

pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor:
quidam non dubitant dicere Callinoum.

hexametro cum quinque pedum subiungitur iste,
partes heroi dupliciter recipit,

quas penthemimeris possit disiungere forma:

has siquis geminet, pentametrum faciet.

sed refert duo sint an dactylus unus in illa.

cum duo sunt, eadem bis reperti poterit:

subiungam exemplum, quo fiat planius istud:

‘desine Maenalios, desine Maenalios’;

dactylus ut duplex, non bis sententia currat:

‘desine Maenalios, Musa, referre iocos’.

hoc nec praepositum peccat nec parte sequenti:

talis utrique loco convenit una tome.

si primo spondeus erit, tum dactylus alter,

stabit comma prius, non poterit repeti:

talis erit versus haec portio, quam modo tracto: (Verg. *Aen.* III 1)

‘postquam res Asiae’: claudicat, ut repetas.

ut stet comma sequens, his dactylus adsit oportet:

‘postquam res Asiae, desine Maenalios’.

TER. MAVR. GL VI 377. 1753 sqq.

scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam,



ut pedibus binis semipedes superent;
hos sibi coniunctos spondeum reddere quintum:
‘postquam, res Asi, ae, desine, Maenali, os’.
‘postquam res Asi desine Maenalios ae’.
at quidam in medio spondeum reddere malunt,
semipedem et primum cum capite alterius
iungunt, dactylico quae fit de commate longa:
inde duas promptum est sic remanere breves:
his longam adnectunt, qua dactylus incipit alter.
cernis et hinc alias tot remanere breves:
has ad semipedem iungunt in fine relictum,
ultima nec refert longa sit anne brevis.
sic spondeus erit medius, duo post anapaesti:
‘postquam, res Asi,ae de,sine Mae,nalios’.
idcirco primo curabis commate semper,
ne brevis incurrens syllaba semipedis
spondeum mediis nequeat coniungere longis
et fiat talis: ‘incipi Maenalios’.
nam ‘lis’, quae brevis est, iungat sibi sive supremam
‘os’, vel quae prima est ‘in’ (caput hoc etenim est),
quia nec producta est, geminat nec consona vires,
spondeus minime pes, sed iambus erit.
exemplum idcirco vocali a parte locavi,
longa foret ne ‘lis’: ‘desine Maenalios’.
quidam, quia gemino constat de commate versus,
cludere comma prius non timuere brevi,
ut sit pentameter talis, qualem modo fingo:
‘hoc mihi tam grande munus habere datur’,
aut qualis supra versus peccare videtur,
si fiet talis: (Verg. *buc.* 8. 21 *et passim*) ‘incipi Maenalios’.
nam referre nihil, sit qualis syllaba fini,
commataque hoc ipsum iuris habere volunt:
idcirco et verbo numquam uno cola ligari,
ut constet parti finis utrique suis.
nam vitiosus erit sic pentameter generatus:
‘inter nostros gentilis oberrat equus’.
spondei duo sunt, quos dixi commate primo
posse dari: verum syllaba quae sequitur
nec penthemimerin verbi cum fine relinquit,
quae data pentametris regula prima sonis,
nec post dactylico debet quae commate iungi
esse caput versus dactylici patitur.
hoc ipsum melius mutata parte coibit:

‘gentilis nostros inter oberrat equus’.
 tantam nostra nequit mensura absolvere litem,
 malo tamen longa cludere comma prius.
 hos elegos dixere, solet quod clausula talis
 tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

TER. MAVR. GL VI 381. 1861 sqq.
 pentameter metrum quod erit choriambicon edet.
 exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam:

(inc. 99 [FPL 457] Blänsdorf)
 ‘nulla meo sedeat turba profana loco’.
 dactylicum colis esse vides geminis:
 primum et semipedem post detur syllaba longa,
 sive est natura, seu fit ab adpositis;
 et quae nunc brevis est, fiat paenultima longa
 tempore producto; cetera permaneant.
 insere ‘nulla meo iam’, produc paene supremam,
 qui ‘locus’ ante fuit, ‘lucus’ ut esse queat:
 efficies metrum, nomen cui dant choriambo:
 ‘nulla meo iam sedeat turba profana luco’.
 praemonui chorion dici, quem saepe trochaeum
 dicimus: hic prior est, alter iambron habet.
 ‘nulla meo’ pes efficitur geminatus utroque:
 ‘iam sedeat’ choriambos item: mox ‘turba profa’ pes
 tertius accedit similis. pars illa, ‘na luco’,
 bacchio adversus fiet pes: nam brevis ante est
 et geminae longae. fiet catalexis in istum,
 quia non eiusdem generis depensus in imo est,
 ut docui: nec enim cludit choriambus honeste.

TER. MAVR. GL VI 404. 2650 sqq.
 sunt qui tradiderint, ultima versui
 tamquam pentametro syllaba dempta sit,
 quam si restituas, pentametrum fore:
 ‘carmen Pierides dulcisonum dabunt’,
 ‘carmen Pierides dulcisonum dabitis’;
 ut versus quoque sic constet Horatii: (*carm.* I 1. 1)
 ‘Maecenas atavis edite regibus’,
 ‘Maecenas atavis edite remigibus’
 usque autem videas hoc procul a fide,
 ut metri genus hoc vatibus inclitis
 non uno aut gemino constiterit pede,
 verum in tres etiam consimiles eat
 clausos in medio partibus exteris;
 quod iam pentametri non patitur modus.



TER. MAVR. GL VI 412. 2966 sqq.

nec non trimetro talem epodum comparat:
pentametri partem dactylicam subicit
atque dimetron ad hoc, unumque versum reddidit:

(Hor. *epod.* 11. 1 sq.)

‘Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore perculsum gravi’.
prior trimetrus quaestionem non habet.
pentametri pars est ‘scribere versiculos’;
at hoc dimetrum perspicis,
‘amore perculsum gravi’.
semelque et istud functus est.

PORPHYR. in Hor. *art. poet.* 75 (p. 166. 12 sqq. Keller) versibus inpariter iunctis]. elegiacos <versus dicit. ‘inpariter iunctis’> inparibus. nam exametro [enim] priore sequenti pentametro scribuntur clamores.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 56. 24 sqq. igitur κατὰ στίχον sunt quae eodem metro constant, ut metrum epicum Homeri et Maronis nostri, vel quod ex trimetris et tetrametris continuis subsistit aut colis aut commatibus eiusdem metri; systematica autem, quae ex plurimis metris neque ex uno versu aut eodem colo vel commate continentur, ut sunt epodoe et quae apud lyricos invenimus, quae syzygiis gradiuntur; mixta autem, quae partim sunt κατὰ στίχον partim ex trimetro et tetrametro mixta, quamquam non [in] uno versu semper sensus expleatur, ut in elegia vel epodis: nam neque per se versus hexameter sine sequente pentametro elegiacum metrum implebit, neque in epodis singuli versus sine clausulis suis et adsequellis audiri poterunt epodoe, quae similiter κατὰ δίστιχον fiunt.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 57. 15 sqq. haec etiam in carminibus, quae mutuo adnexa ita ex se pendent, ut alterum sine altero audiri non possit, παρωδικὰ et ἐπωδικὰ vocaverunt, id est antecantativa et postcantativa, ut sit [in hexametro] προωδικόν ipsum epos, ἐπωδικόν versus pentameter, qui ei subiungitur in elegiis.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 65. 2 sqq. quarum (*scil.* incisionum in hexametro versu) prima penthemimeres tome dicitur, cum post duos pedes sequens syllaba plenam orationis partem distinguit, cuius exemplum erit: (Verg. *Aen.* I 15)

quam Iuno fertur.

verbum enim post duos pedes concluditur ac determinatur syllaba, quae in metro semipes habetur, ut sequens sermo ab integra parte orationis incipiat. geminata autem penthemimeres tome versum pentametrum complet, ut:

quam Iuno fertur, quam Iuno fertur.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 107. 5 sqq. considerantibus nobis, quot ex dactylico hero per singulos prototyporum canonas metrorum species procreentur, manifesta ratione reperio primam eius veluti subolem a pentametro versu coepisse. unde consequenti ratione initium suscepti operis [de versu pentametro]



ab eodem ordiemur [quod metrum τεσσαρεσκαίδεκάσύλλαβον σαπφικόν et αἰολικόν dicitur]. quod <metrum> invenisse fertur Callinous Ephesius. alii vero Archilochum eius auctorem tradiderunt, quidam Colophonium quendam, super quorum opinione apud grammaticos magna dissensio est.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 107. 28 sqq. item: (Verg. *Aen.* II 504)

barbarico postes auro spoliisque superbi:

pentameter:

barbarico postes aur spoliisque super.

sed et ille perspicuus pentameter habebitur versus, qui post duos pedes primos semipede, qui superest ad penthemimeren tomen, verbum finit. unde pentametri versus erit prima species, quae de hexametri versus tome, quam penthemimeren habuimus, geminata conficitur, quae tunc contingit, si hexameter duos dactylos habuerit, ut puta: (Verg. *georg.* III 13)

primus Erichthonius.

in hac enim clausula heroi hexametri dactylos duos esse et semipedem necesse est, qui repetiti pentametrum elegiacum, qui hexametro subicitur in poematis, efficiunt.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 109. 19 sqq. notandi sane et huius modi versus, qui hexametro et pentametro versui per adiectionem et detractionem ‘que’ syllabae communes sunt, tamquam:

et genitor divum quos terminat Oceanus.

hic enim accepta in ultimo ‘que’ syllaba hexametrum facit sic:

et genitor divum quos terminat Oceanusque.

at si una syllaba media post duos pedes et semipedem <de>trahatur, erit pentameter ita:

et genitor divum terminat Oceanus.

semipede enim ab hexametro minor, a pentametro maior est, qui a Graecis inter quadratorum versuum genera numeratur. in scandendo autem pentametro non nulli dissentiunt. quidam enim eum in duo dividunt cola et percussis utriusque partis binis pedibus semipedes, qui supersunt, coniungunt et ex his spondeum quintum versui adnectunt, tamquam: (Ov. *epist.* 1. 2)

nil mihi rescribas attinet ipse veni,

sic:

nil mihi rescri attinet ipse venibas.

hoc eo studio, ne anapaestum pedem, quem hexameter herous excludit, pentametro miscerent. alii vero spondeo tertium locum ut proprium defendunt, qui ex semipede superioris clausulae et prima longa incipientis dactyli ei adnexa gignitur: supererunt residuae breves dactyli duae, his adiuncta longa efficiet anapaestum quarto loco; supersunt tres syllabae, quarum duae breves, utpote supremae dactyli; his copulata finalis tertia pedem anapaestum complebit, nec interest, brevis an longa sit, utpote in ultimo constituta.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 110. 20 sqq. [de generibus metrorum quae a pentametro profluunt] choerilium seu diphilium metrum ex eodem pentametri ortum esse genere res ipsa indicat. est enim e dactylica specie derivatum, suprema tan-



tum versus syllaba, quin sex pedibus profluat, brevius. incipit autem a duobus dactylis, tertia regione spondeo semper manente, et rursus ex duobus dactylis et syllaba una. huic duo cola, quae penthemimere diximus, ad crescente media syllaba, qua spondeus gignitur, formam dedisse noscuntur, qua detracta ad elegiacum pentametrum versus revertetur, velut:

nunc age Pierios versus dea Calliope,

item:

incipi Maenalios mecum mea Melpomene.

ΑΡΤΗΟΝ. GL VI 112. 12 sqq. nec minus e pentametro versu anapaesticus figurabitur, utpote cum ex dactylo, spondeo et anapaesto subsistat adiecto in qualibet sede versus sui generis pede sive dipodia, quo fiat tragicus seu comicus, ut:

Tiphys et Automedon dicar amore potens.

vides pentametrum elegiacum: adiecto 'mea lux' erit trimetrus anapaesticus, in quo prima basis ex duobus dactylis, secunda e spondeo et anapaesto, tertia e duobus anapaestis subsistit ita:

Tiphys et Automedon dicar amore potens mea lux.

[de enuntiatione pentametri elegiaci] hoc quoque notandum in enuntiatione pentametri elegiaci: nam plerumque aurem fallit, ut in illo graeco versu:

ἡμεῖς δ' εἰς Ἑλλης πόντον ἀπεπλόμεν.

nam si coniunctim Ἑλλήσποντον enuntiarimus, effugerit aurium sensum, ut nequaquam versus esse credatur. at si per hemistichium pronuntiemus ipsa subdistinctione genus metri declarabimus ita, ἡμεῖς δ' εἰς Ἑλλης, dehinc πόντον ἀπεπλόμεν. unde pentametrus duobus pedibus et semipede colon terminare debet, ut qui audierit, antequam percutiat, versum intellegat, velut:

labitur hinc Helles, pontus in Oceanum.

item:

venerunt inter, lunia sancta polo.

nam si per se dicas 'inter' et per se 'lunia' media subdistinctione interposita, recipiet formam elegiaci.

ΑΡΤΗΟΝ. GL VI 113. 11 sqq. operae pretium est inter haec et de reciprocis versibus, ut omnifariam artis metricae disciplinis et gratia hoc opusculum instruamus, quantae sint venustatis et quot eorum species investigaverim, dicere. qui retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus: (inc. 131. 1 sq. [FPL 464] Blänsdorf)

esse bonus si vis, cole divos, optime Pansa,
omine felici, Pansa, precare deos.

ex his superior herous in sotadium recurrit sic: : (inc. 131. 3 [FPL 464] Blänsdorf)

Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse.

item: (inc. 133. 1 [FPL 465] Blänsdorf)

ecce tumet vitis tua gemmis, optime Bacche:

sotadium dabit tale: (inc. 133. 2 [FPL 465] Blänsdorf)

Bacche optime, gemmis tua vitis tumet ecce.



alter, qui est pentametrus, in iambicum trimetrum redit sic: (inc. 133. 4 [FPL 464] Blänsdorf)

deos precare, Pansa, felici omine.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 114. 2 sqq. est etiam aliud reciproci genus, quod non per singulos versus redit, sed per totum elegum, tamquam:

Icarium Notus ut confidens flamine tranat,
caerula verrentes sic freta Nereides.

si revolvat, elegus erit eodem modo:

Nereides freta sic verrentes caerula, tranat
flamine confidens ut Notus Icarium.

ita medium verbum, 'tranat' alteri detractum et alteri additum variata vice pentametrum facit de hexametro et hexametrum de pentametro.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 150. 19 sqq. huius figurae (*scil.* extensionis glyconeus versus alterius choriambi adiectione) similis apud eundem versus in principio invenitur sic: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

nam et in hoc duo medii choriambi clauduntur primo spondeo, extimo iambo, qui per adiectionem ultimae syllabae erit pentameter sic:

Maecenas atavis edite regibus <o>.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 161. 1 sqq. prima ergo ode, ut quidam putant, a pentametro nascitur per detractioem syllabae brevis, quae erat ante paenultimam, subsistens metro asclepiadeo duodecasyllabo, ut: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

alii formatum id metrum putant ab hendecasyllabo per adiectionem unius syllabae, qua dempta fiet hendecasyllabus, ut:

Maecenas atavis edite regi.

feritur hoc metrum vel per singulos pedes, ut sit primus spondeus, secundus trochaeus, tertius iambus, quartus dactylus, <quintus dactylus> vel creticus, si in longam desinat; vel per dipodias, ut constet duobus choriambis mediis inchoante versum spondeo, claudente autem iambo vel pyrrichio vel pariambo.

ΑΡΘΗΟΝ. GL VI 166. 25 sqq. quartus (*scil.* strophes alcaicae versus) duobus dactylis currit cum trochaeo et spondeo ita: (Hor. *carm.* I 9. 4)

flumina constiterit acuto,

qui potest videri mixtus ex duobus metris, epico et trochaico. inter quae si semipodia syllaba posita fuerit, heroi tetrametri archilochii metrum implebit, tamquam:

flumina constiterint et acuto.

ex quo supra epodum inductum ostendimus sic: (Hor. *carm.* I 7. 2)

aut Epheson bimarise Corinthi,

qui adiectis duobus pedibus fiet hexameter ita:

maxima sic cito flumina constiterint et acuto.

recipit et alteram divisionem, ut ad duos dactylos et semipedem, quae est pars dimidia pentametri, adiciatur nunc creticus, nunc amphibrachys, quia non semper in longa syllaba, sed interdum et in brevi desinit.



ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 169. 17 sqq. libro III ode VII talis est: (Hor. *carm.* IV 7. 1)
diffugere nives redeunt iam gramina campis.
haec ode scripta est ad dicolian, et est primum <colon> epos heroum hexame-
trum, secundum autem [epodos] penthemimeres, id est hemistichium penta-
metri, ita: (Hor. *carm.* IV 7. 2)
arboribusque comae.

sed ut huic horatiano par sit, sumenda eius pentametri pars erit, qui duos pri-
mos pedes dactylos habebit.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 170. 4 sqq. in eodem ode XII: (Hor. *epod.* 12. 1 sq.)
Petti, nihil me sicut antea iuvat
scribere versiculos amore percussum gravi.
scripta ad dicolian, in qua primus versus erit simplex iambicus trimeter, se-
quens compositus: nam praelata <parte pentametri, 'scribere versiculos', sequi-
tur dimeter iambicus acatalectus,> 'amore percussum gravi'. quo metro semel
usus est.

ΔΙΟΜ. GL I 484. 17 sqq. elegia est carmen compositum hexametro versu
pentametroque alternis <in> vicem positus, ut: (Tib. I 1. 1 sq.)
divitias alius fulvo sibi conserat auro
et teneat culti iugera multa soli.

quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et
Tibullus et Gallus imitati graecos Callimachum et Euphoriona.

ΔΙΟΜ. GL I 502. 29 sqq. de elegio pentametro. elegium metrum binis ver-
sibus constat, hexametro heroo et ei subiuncto quinario. prior pedes heroi re-
cipit, posterior pentameter, id est quinarius, scanditur duabus semiquinariis,
id est ut posterior tome duos dactylos habeat et semipedem, quod genus scan-
sionis est usitatus. alii vero sic scandunt: feritur quinquies, in primis duabus
gressionibus admittit dactylum et spondeum tam in vicem inter se compositos
quam sese iterantes, pro ut ratio postulaverit; tertiam regionem sine dubio per-
petuo spondeus debet habere. et si memorati pedis brevem priorem syllabam
pro longa positam inveneris, quod raro fit, ne te moveat. potest enim haec esse
communis, quia pars orationis finitur. duobus anapaestis terminatur. de eo-
dem aliter. pentametrum elegeum constat ex duabus semiquinariis, id est ut
posterior tome duos dactylos habeat et semipedem. quidam vero sic scandunt:
tertium pedem spondeum faciunt, ut duo anapaesti sequantur, propter quod
oportet semipedem prioris tomes longam esse. alii vero, quia duo commata
esse dixerunt, voluerunt brevem esse et prioris tomes semipedem, quia novis-
sima semper indifferens est, atque hoc utuntur exemplo: (Ter. Maur. GL VI
378. 1780)

<hoc mihi tam grande munus habere datur,>

id est ut semipes partem orationis videatur implere. nam talis pentameter vi-
tiosus erit: (Ter. Maur. GL VI 378. 1788)

<inter nostros gentilis oberrat equus>.

sed et hoc accipiendum est, quod <non tantum> geminum comma, id est ele-
gus, hexametro subiungitur sed, ut Archilochus invenit, et dactylica tome.



ATIL. FORTVN. GL VI 291. 3 sqq. haec sunt, ut dixi, metra originalia (*scil.* dactylicum, anapaesticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, antispasticum, ionicum a maiore, ionicum a minore, proceleumatico, paeonico). cetera omnia ex his sunt deducta, quae a Graecis paragona appellantur, de quibus pauca adhuc dicam (nam quaedam suis iam originalibus iunxi), ut videas, quanta horum quae supra dixi (p. 283. 4 sqq.) permixtione metra aut facta sint aut fieri adhuc possint. et primo quidem de pentametro epodico dicam, ut ad initia redeamus (nam et hic a dactylico nascitur), cuius divisio duplex traditur. nam prima eius parte duo pedes ex dactylico, <dactylus> et spondeus, sed varie commutatis vicibus inveniuntur; tertius spondeus, ita ut prima eius syllaba hemistichium et partem orationis finiat, sequens hemistichium sequens et partem orationis incipiat. deinde mutat dactylicam condicionem et transit in anapaesticam: nam iam residui erunt duo anapaesti, aut sic, ut media caesura duo penthemimere dividat, in primo varie positus pedibus, ut dixi; in secundo semper duo dactyli erunt. dictum penthemimeres quasi τῶν πέντε τὸ ἥμισυ. habet enim prima pars duos pedes et syllabam partem orationis finientem, secunda item similiter divisa: prima sic: 'heu mihi cum domino', secunda 'non licet ire tuo'. hic et elegus vocatur, quando per vices heroo subiungitur nec seorsum ac solitarium carmen facere potest. subiungitur autem sic: (Ov. *ars* I 295 sq.)

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
invida formosas oderat illa boves.

ATIL. FORTVN. GL VI 295. 10 sqq. I: (Hor. *carm.* I 1. 1)

Maecenas atavis edite regibus.

asclepiadeon metron vocatur, non quod repertor eius Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius et frequentius sit usus. ante illum enim usus Alcaeus, et Sappho hoc integro usa est libro quinto. inter binos <vel ternos vel quaternos> versus decurrunt melica: systematica sunt, hoc est binis vel tribus vel quattuor versibus constant. hoc metrum videtur a pentametro epodico natum. nam habet duo penthemimere, primum acatalecticum, secundum catalecticum:

Maecenas atavis edite regibus:

huic si reddas in ultimo syllabam, integer erit pentameter, ut:

Maecenas atavis edite regibus o.

ab eo tamen pentametro nascitur, qui XIII syllabas habet, hoc est cuius prima pars de spondeo et dactylo constat. ceterum asclepiadeon duodecasyllabon esse oportet. potest et antispasticon esse trimetron acatalecton, cuius paenultimam affectavit pro longa brevem facere, cuius ingressio est talis:

Maecenas a,tavis edi,te regibus:

tetrametron fecit eius generis: (Hor. *carm.* I 11. 1)

tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi quem tibi.

ATIL. FORTVN. GL VI 303. 6 sqq. (Hor. *carm.* IV 7. 1 sq.)

diffugere nives, redeunt iam gramina campis
arboribusque comae.

primus hexameter herous; secunda pars penthemimeres habet, quod iteratum integrum pentametrum faciet sic:



arboribusque comae arboribusque comae.

MALL. THEOD. GL VI 590. 2 sqq. metrum dactylicum pentametrum recipit pedes hos, spondium loco primo et secundo, dactylum locis omnibus, catalecton in medio et in fine. huius exemplum:

ingentes actus carmina nostra canent.

HIER. *comm. in psalm.* 118 totus et hic psalmus est scriptus secundum ordinem litterarum: ita ut ab una littera octo versus incipiant, et rursus a sequenti octo alii compleantur, et hoc similiter ad finem usque texatur. Iosephus autem refert in libris ἀρχαιολογίας, hunc psalmum et deuteronomii canticum uno metro esse conpositum: et putat elegiacum metrum in utroque posse deprehendi, quod scilicet prior versus sex pedibus constet, et inferior uno minus in pentametrum finiatur.

[PROSP.] *carmin. de prov.* 95 sq.

at ne sermo moram patiatur ab impari versu,
heroi numeris porrigere pentametrum.

[SERG.] GL IV 524. 3 sqq. fit et pentameter (*scil.* dactylicus) sic: ponuntur duo pedes, et restat syllaba catalectica, quae facit et penthemimeren, item alii pedes duo, et in fine restat alia syllaba; et dicitur hic versus elegiacus vel elegus, de quo Iuvenalis: (1. 3 sq.)

inpune mihi recitaverit ille togatam,
hic elegos.

in elegis versibus prior herous ponitur, qui est hexameter, inde pentameter. et sic ponuntur, ut Ovidius: prior herous: (*am.* I 2. 39)

laeta triumphanti de summo mater Olympo,

pentameter: (*am.* I 2. 40)

plaudet et adpositas spargit in ore rosas,

scanditur sic:

plaudetet adpositas spargit in ore rosas.

ALDHELM. 82. 13 sqq. superius dixisti V genera versuum esse in dactilico metro (exametro *cod., corr. Elice, «RPL» 2004, p. 152*); quae sint, nominatim dicit. exameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter.

BEDA 94. 7 sqq. omnis enim versus exameter, qui sex pedibus, et pentameter, qui quinque pedibus constat, primam habet syllabam longam, quia vel a spondeo vel a dactylo incipit, quorum prior pes duabus longis syllabis consistit, ut 'dicens', secundus longa et duabus brevibus, ut 'dicimus'. et ideo cum codicem exametri vel elegiaci carminis adsumis in manus, quamcumque paginam aperiens inspexeris, quemcumque versum arripiens legeris, absque ulla dubietate primam syllabam aut natura aut positione longam invenies, quod nimirum sive spondei seu dactyli constat esse principium.

BEDA 108. 1 sq. de metro dactylico exametro vel pentametro.

BEDA 109. 20 huic (*scil.* dactylico exametro) cognatum est et quasi familiariter adhaerens, ita ut sine ipsius praesidio numquam id positum viderim, metrum dactylicum pentametrum, quod recipit spondeum loco primo et secun-



do, dactylum locis omnibus, catalecton in medio et in fine. huius exemplum: (Ven. Fort. *carm.* VIII 3. 2)

laetan.turque pi.is. agmina. sancta cho.ris.

huius metri versus quidam ita scandendos astruunt, ut quinque absolutos pedes eis inesse doceant, spondeum sive dactylum loco primo et secundo, spondeum tertio semper, quarto et quinto anapaestum, veluti si dicas:

quaerite regna poli, quaerite regna poli,

‘quaerite’ dactylus, ‘regnapo’ dactylus, ‘liquae’ spondeus, ‘ritere’ anapaestus, ‘gnapoli’ anapaestus. quod rationi eiusdem metri, ni fallor, minus videtur esse conveniens, cum universi qui hoc metro usi sunt versum omnem in medio dividerint, quem duabus pentimemeris constare voluerint, quarum prior dactylum sive spondeum licenter in utraque regione recipit, posterior solum dactylum in utraque. hoc autem et superius metrum ubi iuncta fuerint, elegiacum carmen vocatur. elegios namque miseros appellant philosophi, et huius modulatio carminis miserorum querimoniae congruit, ubi prior versus exaemeter, sequens est pentameter. quo genere metri ferunt canticum deuteronomii apud Hebreos, sed et psalmos cxviii et cxliiii esse scriptos. namque librum beati Iob simplici exaemeter scriptum esse asseverant. observandum est autem in carmine elegiaco nequid umquam de sensu versus pentametri remaneat inexplicatum, quod in sequente versu exaemeter reddatur, sed vel uterque sensibus suis terminetur versus, ut Sedulius: (*hymn.* 1. 1 sq.)

cantemus, socii, domino, cantemus honorem,
dulcis amor Cristi personet ore pio;

vel sibi mutuo prior exaemeter ac pentameter subsequens, prout poetae placuerit, conserantur iuxta illud Prosperi: (*epigr.* 53. 5 sq.)

solus peccator servit male, qui licet amplo
utatur regno, sat miser est famulus.

nam sequentes versiculi, etsi his sunt subiuncti, sibimet sunt tamen invicem coniuncti et secundus primo dat supplementum.

BEDA 113. 23 sqq. optima autem versus dactylici ac pulcherrima positio est, cum primis penultima ac mediis respondent extrema, qua Sedulius frequenter uti consuevit, ut: (*carm. pasch.* I 136)

pervia divisi patuerunt caerula ponti;

et: (*carm. pasch.* I 140)

sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas;

et: (*carm. pasch.* I 162)

edidit humanas animal pecuale loquelas;

item in pentametro: (*carm. pasch.* I 2)

dignatus nostris accubitare thoris;

et: (*carm. pasch.* I 16)

rubra quod adpositum testa ministrat holus.

BONIF. *gramm.* praef. 82 sqq. interea circulum quadrangulum in fronte huius laboris apposui, in medio figuram sanctae crucis continentem, ‘Iesus Christus’ experimentem, qui ludivaga sermonum serie duobus ambitus versi-



bus, aliis in transversum currentibus, socialis adiutorii utrimque sonantes in obviam offert litteras. hunc autem circulum in scemate novi ac veteris instrumenti figurari non nescias. nam prior pars circuli huius usque ad medium crucis quibusdam pentametris intersertis decurrens pinguitur versibus.

CRVIND. 12. 26 sqq. utrum his octo principalibus metris, quae praediximus modo (*scil.* dactylico, iambico, trochaico, anapaestico, choriambico, antispastico, ionico a maiore, ionico a minore), poetae aequaliter uti solent? non etiam omnibus: licet enim versifici saepe iambico, trochaico et ceteris carmina componunt metris, tamen dactylico hexametro sive heroico et pentametro cum catalectico metrici dulcisonos saepius efficiunt versus, quia dactylicum omnibus metris pulchrius esse videtur. ostendit Theodorus ita inquiring (GL VI 589. 20 sqq.): ‘metrum dactylicum hexametrum inventum primitus ab Orpheo Critias adserit, Democritus a Musaeo, Persinus a Lino, permulti ab Homero, qui profecto cum heroum facta carmine suo explicare vellet, metri huius, quod ceteris omnibus longe pulchrius celsiusque est, aut repertor aut certe adprobator fuit’. quot sunt species dactylici metri? X et VIII, quas exemplis monstratas in libello Marii Servi praedicto quisque cupit reperiet (GL IV 460. 14 sqq.). sed metrici de his X et VIII praedictis dactylici metri speciebus hexametrum heroicum et pentametrum cum catalectico bis posito ad dulcisona componenda elegerunt carmina, quia omnibus metris heroicum in numero pedum et syllabarum et temporum pulchrius esse videtur.

CRVIND. 26. 3 sqq. metra vel a pedibus nuncupantur vel a rebus quae scribuntur vel ab inventoribus vel a frequentatoribus vel a numero pedum ... a rebus quae scribuntur, ut heroicum, elegiacum, bucolicum. heroicum enim carmen dictum, quod et in eo virorum fortium res et facta narrantur; nam heroes appellantur viri, quasi aerei et caelo digni propter sapientiam et fortitudinem. huic vero hexametro heroico metrum dactylicum pentametrum cum catalectico in medio et in fine posito adhaerere solet, ut sine ipsius hexametri praesidio nunquam inveniri potest, ut hoc exemplo Sedulii compertum habetur: (*carm. pasch.* I 1 sq.)

paschales quicumque dapes conviva requiris,
dignatus nostris accubitare thoris.

CRVIND. 26. 21 sqq. cur dicitur elegiacum metrum? eo quod Terentiano teste (GL VI 379. 1799 sqq.) modulatio eiusdem carminis conveniat miseris. philosophi enim miseros elegos vocant et clausula talis tristibus, ut tradunt, aptior esset modis id est ibi prior versus hexameter sequens pentameter potius invenitur, quod convenit miserorum querimoniis.

CRVIND. 27. 2 sqq. hoc vero observandum in hoc elegiaco metro, ut spondeum et dactylum vel etiam duos spondeos sive duos dactylos licenter utraque in regione in superiore parte habeat syllaba enim remanente post duos pedes, quae partem terminat orationis, in posteriore vero parte duos dactylos semper habere debet syllaba similiter remanente, quia, ut praediximus (p. 26. 15 sqq.), catalecticon in medio et in fine fieri debet, sicut in his notum habetur exemplis:

(Sedul. *carm. pasch.* I 2)

dignatus nostris accubitare thoris,

hic enim duo spondei in prima parte sunt positi. in altero vero versu spondeus et dactylus in prima inveniuntur parte, ut est in hoc: (Ven. Fort. *carm.* VIII 3. 2)

laetanturque piis agmina sancta choris,

in hoc vero duo dactyli in prima inveniuntur parte sicut in posteriore, id est: (Sedul. *hymn.* 1. 4)

sic homo cum tumuit primus ad ima ruit,

et sic in aliis multis. alii vero contra rationem praedictas iungere remanentes volunt syllabas, ut pentameter integer per absolutos pedes efficiatur versus, quia rationi eiusdem metri minus esse videtur conveniens. alii vero ferunt, quod hoc genere metri id est hexametro versu et pentametro cum catalectico canticum deuteronomii apud Hebraeos fuisset cantatum. similiter Hieronymus (cf. *comm. in psalm.* 118) canticum deuteronomii hexametro narrat fuisse compositum versu, licet alii, ut praediximus, hexametro et pentametro simul ferunt fuisse cantatum. similiter et psalmos id est centesimum XVIII et centesimum XLVIII ferunt esse conscriptos, namque librum beati Iob simplici hexametro scriptum esse adserunt.

CRVIND. 28. 25 sq. quot sunt genera versuum in dactylico metro? quinque. quae? hexameter, pentameter, tetrameter, trimeter, dimeter, sed licet a versificis tetrametris, trimetris, dimetris versibus carmina invenimus composita, hexametro tamen et pentametro cum catalectico, ut praediximus modo (p. 12. 26 sqq.), metrici maxime uti solent.

CRVIND. 33. 24 sqq. at vero haec in hexametro versu pulcherrima videtur positio, cum primi pedes vel secundi ultimis syllabis respondent extremae in versu syllabae, ut est apud Sedulium: (*carm. pasch.* I 136)

pervia divisi patuerunt caerulea ponti

et: (*carm. pasch.* I 140)

sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.

similiter in pentametro idem hoc fecit ita: (*carm. pasch.* I 2)

dignatus nostris accubitare thoris.

CRVIND. 34. 4 sqq. necnon pulcherrima videtur in versibus conexio, quando pentameter cum catalectico eisdem terminatur partibus, quas antecedens hexameter in primordio habuit, ut est apud Sedulium: (*hymn.* 1. 3 sq.)

primus ad ima ruit magna de luce superbus,

sic homo cum tumuit primus ad ima ruit.

necnon et hoc sciendum, quod hexameter et sequens pentameter catalecticus aliquando conexi sunt in sensu, ut est apud Sedulium: (*carm. pasch.* I 1 sqq.)

paschales quicumque dapes conviva requiris,

dignatus nostris accubitare thoris,

pone supercilium, si te cognoscis amicum.

aliquando vero uterque in suo sensu plenus est, ut nihil remaneat in pentametro inexplicatum, ut est in carmine eiusdem Sedulii: (*hymn.* 1. 1)

cantemus socii, domino cantemus honorem:



hic plenus est sensus; item pentameter: (*hymn.* 1. 2)
dulcis amor Christi personet ore pio;
similiter in hoc nihil deest in sensu.

ANTH. LAT. 493a. 1 sqq.

haec Augustini ex sacris epigrammata dictis
dulcisono rhetor componens carmine Prosper
versibus hexametris depinxit pentametrisque,
floribus ex variis ceu fulget nexa corona.

FRAGM. BEROL. GL VI 638. 15 sqq. pentameter versus isdem fit pedibus (*scil.* dactylo, spondio et trochaeo) et syllaba catalectica. ponuntur enim duo pedes aut spondii aut dactyli et una syllaba longa, quae complet partem orationis, deinde duo dactyli et syllaba in fine, quae dicitur semipes. quae est autem in medio et quae <est> in fine, faciunt unum pedem, et erunt quinque, et est hic versus qui elegiacus dicitur, ut Ovidius: (*am.* I 2. 39 sq.)

laeta triumphanti de summo mater Olympo
plaudet et adpositas spargit in ore rosas.

FRAGM. BEROL. GL VI 639. 13 sqq. de pentametro. hic sine ulla dubitatione heroi hexametri suboles est, quem invenisse dicitur Callinus Ephesius. sed alii, ut Victorinus (*scil.* Apton. GL VI 104. 9 sqq. et 107. 10 sqq.), putant esse Archilochum, qui cum epodos excogitaverit alios breviores, alios longiores, ab hoc scilicet coepit detrahens unum pedem, ut illi subiceret hunc, qui nascitur ex heroo hexametro, clausulam habentem semipedem, veluti 'primus inire viam'. in hac particula heroi hexametri dactyli duo sunt et semipes, qui repetiti pentametrum faciunt sic:

primus inire viam <primus inire viam>.

huius versus sunt quattuor species: una, cum duo dactyli antecedunt, spondius intervenit, subsecuntur anapaesti duo, ut est hic: (cf. Hor. *epod.* 11. 2)

scribere versiculos scribere versiculos;

altera, cum praecedit spondius, iungitur dactylus, intervenit spondius, secuntur anapaesti duo, ut est illud: (cf. Verg. *Aen.* I 12)

urbs antiqua fuit, quam tenuere Phryges;

tertia, cura tres sunt spondii, anapaesti duo, ut est: (cf. Verg. *georg.* III 5)

aut inlaudatos nolit adire focos;

quarta, cum primus est dactylus, secuntur duo spondii, cludunt anapaesti duo, veluti:

barbara sacratos nescit adire focos.

hae sunt species pentametri, quae habent pedes spondium, dactylum et anapaestum. duo primi variantur, id est dactylus et spondius; medius utique spondius est, quartus anapaestus, quintus vel anapaestus vel tribrachys. sed, ut iam diximus de syllaba versum finiente, longa sit an brevis nihil interest, quoniam metrum in ea non vacillat. huius exemplum:

Tiphys et Automedon dicar amoris ego.

hic quoque versus a duodecim <syllabis> usque ad quattuordecim crescit, cuius incrementi causa duo dactyli sunt.



FRAGM. BOB. GL VI 624. 3 sqq. elegeum autem est, quod alternatim habeat heroum et pentametrum versum. elegeum metrum constat dactylo <et> spondio, ita tamen, ut prima pars [in sequenti versu caesurae] indifferenter utrumque pedem recipiat, altera vero non nisi dactylum. porro autem utraque constare debet duobus pedibus et dimidio, id est syllaba, unde et penthemimeres a quibusdam nominatur, quandoquidem sit penthemimeres pars caesi versus, quae duos pedes et dimidium habeat, quasi τῶν πέντε ἥμισυ, ut est: (Verg. *Aen.* II 1)

conticuere omnes.

quidam tamen volunt elegeum hoc modo dividi, ut post duos illos pedes indifferenter positos habeat spondium, adiuncta scilicet syllaba, quae de prima parte remanserat, ad posteriorum pedum initialem syllabam, et praeterea anapaestos duos. est ergo exemplum huiusce versus tale: (Ov. *ars* I 296)

invida formosas oderat illa boves,

qui versus heroö subiungitur sic: (Ov. *ars* I 295 sq.)

Pasiphae niveo gaudebat adultera tauro,
invida formosas oderat illa boves.

– σ – σ – – σ – σ ||

4. MALL. THEOD. GL VI 590. 6 sqq. metrum aliud dactylicum pentametrum recipit pedes hos, dactylum sive spondium loco primo et secundo, catalecton in medio, deinde duos dactylos sine catalecto, ut est illud Sereni: (fr. 18 [FPL 357] Blänsdorf)

et nihil est quod amem Flaminia minus.

[S.D.B.]